

PLACIDUS  
HERMITANI  
OPERA quae extant.  
Completum VARISIUM  
Opus in studio  
SERVATII GALLI.



LUGD. BATAVORUM. o nio  
Apud Franciscum Hackium: & Petrum Leffen.  
ANNO MDCLX.

AMPLISSIMIS  
SPECTATISSIMIS  
AC

CONSULTISSIMIS  
ANTIQUISSIMÆ ET FLORENTISSIMÆ  
REIPUBLICÆ

ZIRIZAANÆ  
CONSULIBUS,

SCABINIS,  
TOTIQUE SENATUI,  
VIRIS MAGNIFICIS,

PATRIÆ PATRIBUS,

ORTHODOXÆ RELIGIONIS  
PROPUGNATORIBUS

VIGILANTISSIMIS,

STRENUISSIMIS,

JUSTITIAE PATRONIS

ACERRIMIS,

LITERARUM ac LITERATORUM  
MÆCENATIBUS

OPTIMIS, MAXIMIS,

HÆC

LUCII COELII FIRMIANI

LACTANTI

OPERA,

ET QUIDQUID ADILLA.

SERVATIUS GALLÆUS

L. M. Q.  
D. D. D. C. Q.



L. COE LII  
 L A C T A N T I I  
 F I R M I A N I,  
**D I V I N A R U M**  
 I N S T I T U T I O N U M  
 L I B E R P R I M U S.  
 D E  
 F A L S A R E L I G I O N E.

**M**AGNO, & excellenti ingenio viri, cum se doctrinæ penitus dedidissent; quicquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & privatis, & publicis actionibus, ad inquirendæ veritatis studium contulerunt; existimantes, multo esse præclarioris, humanarum, divinarumque rerum investigare, ac scire rationem: quam struendis opibus, aut cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniam fragiles, terrenæque sunt, & ad solius corporis pertinent cultum; nemo melior, nemo justior fieri potest. Erant illi quidem veritatis cognitione dignissimi; quam scire tantopere cupiverunt; atque ita, ut eam rebus omnibus anteponerent. nam & abjecisse quosdam res familiares suas, & renuntiassè universis voluptatibus constat; ut solam, nudamque virtutem, nudi, expeditique sequerentur; tantumque apud eos virtutis nomen, & auctoritas valuit; ut